Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift

quorum ministerio colligetur omnes mortuorum. cui tuba
et voce magna. Ista vox erit vox xpi vocantis mor-
tuos ad iudicium. ex qua virtute suscitabitur. Et con-
gregabitur electos eius licet omnes adducantur
ad iudicium. tm electi spaliter adducuntur mysterio scorum
angelorum. quia erit quaedam angelorum. a quatuor ventis
celi sc a quatuor partibus mundi unde oriuntur principales venti. et per hoc intelliguntur alie partes orbis
mundi principales. a summo celorum usque ad terminos eorum
et a summo terre usque ad summum celi. Iste modus loquendi
secundum apparentiam. quia summum celi videtur esse super ver-
tice capitis nri. terminus autem celi videtur ubi terminatur aspectus. quia ibi videtur celum quasi tangere terre. licet
secundum veritatem aliter distet a terra ubique. Est ergo
sensus. si summus celorum ab omni loco quod sub celo est.
adducentur electi ad locum iudicii. Ab arbore autem
fici discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit
et folia nata. cognoscitis quia in proximo est estas. His
autem fieri incipientibus respicite et leuate capitia
vestra. quia appropinquat redemptio vestra. quia dies iudicii
licet reprobis sit terribilis. tm electis debet esse gaudio
labilis. quia tunc transibunt ad gaudia. Et dixit illis
similitudinem. Videte ficulneam et omnes arbores cum
produnt iam ex se fructum. scitis quia prope est estas.
ita et vos cum videritis hec fieri. scitote quia prope est
in ianuis et ostiis regnum dei. Amen dico vobis
quia non transibit generatio hec. congregatio fidelium
donec omnia fiant. quia quicunque fideles oppressi at
tempore antichristi. tm aliquis permanebit in fide stabiles
usque ad finem mundi. Celum et terra transibunt non quia
corruptantur sed sua substantia. sed quia cessabit